



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**De Ivre Ac Potestate Romanorum Pontificum,
Imperatorum, Regum ac Episcoporum**

Alvarez Guerrero, Alfonso

Coloniae Agrippinae, 1586

VD16 A 2069

De ordinatio. & consecratione Episcopi. cap. x.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63477](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63477)

dignus praelatione ecclesiastica, utpote non diligēs Christum super omnia: ac per hoc impotens pascere Christi oves ~~ex tua vita~~; quod præcipuè exigitur in pastore. Ratio secundi est, quia postponere meliorem minus bono in huiusmodi non est sine crimine acceptionis personarū, dum ²¹ persona præponitur causæ. Prælati tamen minus idonei, gratus tamen omnibus melior est illis, quam prælati magis idonei, minus tamen illis accepti: quoniam ubi charitas coalescit, hic periculum operadi, &c. Unde Paulus Apostolus, quales debeant pastores eligi, describens ad Titum, & Timoth. nunquam meminit conditionis comparatiuæ, scilicet quod sit ceteris magis dignus: sed tantum conditionum positivarum, quæ requiruntur ad hoc, quod sit idoneus Episcopus: quia tunc Episcopi non beneficium, sed officium habebant: & quia ad id, quod est per se, respiciebat Apostolus. Ex quibus patet, non esse in suo genere peccatum mortale postposito digniore eligere verè dignum in ecclesiasticum pastorem: quia ex ijs, quæ sunt per se iudicando, sufficit eligere sufficientem ad onus tale spiritale, & ad dispensandum temporalia: quoniam secundum veritatem etiam ad onerosum officium respectu temporalium eligitur consequenter.

DE ORDINATIONE, ET CONSECRATIONE Episcopi. Cap. X.

S V M M A R I V M.

- 1 Electus in episcopum à quo debet ordinari.
- 2 Electus in episcopum longa probatione vitam suam notificare debet.
- 3 Secundum primitiuam ecclesiam, solus diaconatus & presbyteratus erat sacer ordo.
- 4 Sacer ordo habet annexum castitatis votum.
- 5 Laici an in prælatos eligi possint.
- 6 Ultra tres menses episcoporum ordinatio differri non potest in consecratione.
- 7 Episcopus non dicitur ante consecrationem: & de forma consecrationis.

- 8 Consecratio confirmat nomen, & dignitatem episcopalem.
- 9 Episcopus renunciatus episcopatu, an retineat ea, quæ sunt ordinis, & de modo renuntiatiois.
- 10 Quæ, & quot concurrant in episcopo.
- 11 Collector virum ecclesia vacante possit, & debeat fructus recipere.
- 12 Acquisita per prælatum de facultatibus ecclesie, verum sint ipsius ecclesie.
- 13 Expellendus est episcopus gregem suum malè tractans, idem de inquilino vasallo, emphyteota & domino malè versari, qualiter intelligatur.



Lectus ¶ in Episcopum per suum Metropo-
litanum præsentibus suffraganeis episcopis
debet ordinari c. Episcopi. xxiiij. distinct. vbi
legitur: Metropolitanorum, & Episcoporum
examine promoucantur ceteri Episcopi: se-
quitur text. Cum itaque sine examinatione nullus sit or-
dinandus, quomodo, & quo tempore hæc examinatio fi-
ri debeat, considerandum. Et Metropolitanus debet in-
teruenire principaliter, vel authoritatiuè, vt sumitur. xxj.
dist. c. in nomine Domini. Sed ista decreta recesserunt ab
aula. Nam licet sit scriptum, quod promouendi ad episco-
palem dignitatem sunt examinandi (vt dixi) non vtimur.
Legitur etiam in c. sacerdotibus. lxj. distinct. ¶ quod eli-
gendus in Episcopum longa probatione debet vitam su-
am notificare. c. oportet. viij. quæst. j. nam debet eligi, qui
doctior, & sanctior. c. licet. ead. q. & cau. & talis eligendus
est, cuius comparatione ceteri grex dicantur. xxv. distin.
c. vnum: Nam ipse, tanquam aries, ducatum gregibus præ-
bet. c. sciscitaris. vij. q. j. & singulorum onus, & sollicitudi-
nem portat, c. Clemens. viij. q. j. Sed non debet eligi, qui
de incontinentia notatus est. c. priusquam. xxviiij. distinct.
nec ille, cuius vxor, & filij adhuc sunt super terram. c. cati-
nensis. lxj. distinct. & ibi loquitur text. quando præsum-
ptio est, quod propter filios dilapidet bona ecclesie. Item
nō debet eligi nimium simplex, vel vsurarius. c. de Petro.
xlviij. distinct. vbi legitur, quod electus in Episcopum de-
bet

heresse notus Romano Pontifici: sed notus sine probatio-
 ne recipitur, & non examinatur, vt xciiij. distinct. c. valde.
 & c. ad Apostolicam, de regularibus. Sed dum consecra-
 tur, bene examinatur. c. Episcopi. xxiiij. distinct. & ibi per
 totam illam distinctionem videbis, quod ante probatio-
 nem, & examinationem nullus ordinetur clericus. Item
 nec ille, qui non est in sacris constitutus. c. ult. lx. distinct.
 vbi dicitur tex. Sacros ordines dicimus diaconatum, & pre-
 byteratum: hos solos legitur primitiuam habuisse eccle-
 siam, sequitur tex. Subdiaconos vero, quia & ipsi altaribus
 ministrant, opportunitate exigente concedimus. Antiqui
 tate igitur subdiaconus, quia tunc non erat sacer ordo, non
 eligebatur in Episcopum, nisi necessitate cogente. c. de Sa-
 racusan. §. ecce. xxviiij. distinct. Et vide tex. singulares
 in c. a multis, de etate, & qualitate. vbi legitur: Subdiaconus
 in Episcopum eligi potest. Et notantur duo requisita ad
 eligendum Episcopum; primo, quod sit in ordine sacro
 secundo, quod sit religioso. i. honeste viuens. Et tibi no-
 tatur, quod secundum primitiuam ecclesiam non erat, nisi
 si diaconatus, & presbyteratus, ordo sacer: hodie autem
 sacer est effectus ordo subdiaconatus. † Notatur etiam
 quod sacer ordo habet annexum votum castitatis. Notatur
 etiam, quod crimen fornicationis est dignum depo-
 sitione in existente in sacris, & quod in defectu ordinis de-
 bentur Episcopi. Et assumendus in Episcopum debet
 se talis, vt exemplum religiosae conuersationis potius alii
 praestet, quam assumat: vt sit de numero eorum, quibus
 dicitur Matthaei v. Sic luceat lux vestra coram homini-
 bus, vt videant opera vestra bona, & glorificent patrem
 vestrum, qui in caelis est. Et Episcopus debet subuenire
 fructibus sui episcopatus clericis non habentibus, vt
 possint viuere. ita Panor. in c. exposuisti, de praebend. §.
 † laici videntur in praelatos non posse eligi, quemadmo-
 dum nec religiosi praferuntur. c. statuimus. §. his or-
 nibus. lxj. dist. xix. q. iij. c. monasterijs. Sed dico, non
 esse prohibitum laicos promoueri, si periti sint, & clerici
 in bonitate transcendant, exemplo Nicolai, Scuerini,
 Ambrosij. probatur hoc in c. neophitus, dist. lxj. vbi Ve-

cellenses vituperabant electionem Ambrosij, quia neophi-
tus erat, & neophitos Apostolus prohibuit ordinari; sed
respondet Ambrosius, hoc ideo esse prohibitum ab Apo-
stolo, quia neophiti consueverant propter honores super-
bire: sed si humiles inueniantur, bene possunt ordinari. fa-
cit tex. in c. neophitus. lxj. dist. Et electio laici potest rata
haberi, si merito sue perfectionis clericalem vitam trans-
cendat, ut in d. c. statuimus, in fin. lxj. dist. Notabimus t e-
tiam, quod electus in Episcopum infra tres menses debet
ordinari. c. quoniam quidam. lxv. dist. ut dixi, & ibi glo.
dicit. Et vsque ad alios tres menses consecrari debet. facit
tex. in c. obeuntibus. lxij. dist. ubi constituit Innoc. Papa,
quod ultra tres menses ecclesia vacare non debeat. Ideo
adueniat sacra Maiestas presentationem Episcoporum,
quia ultra tres menses post mortem prelati ecclesia vaca-
re non debet. Sed alij tres menses dantur ad consecratio-
nem perendam. c. postquam. l. distin. & ibi glo. & c. ne pro
defectu, de elect. nisi per necessitatem prorogetur, ut in c.
de Siracusana. xxvij. distin. Quia ecclesia viduata tam
in temporalibus, quam in spiritualibus frequenter susti-
net lationem. Et ideo concilium volens & periculum ani-
marum, & ecclesiarum indemnitatibus providere, statuit,
ut ecclesia cathedralis, vel regularis ultra tres menses non
vacet, ut dixi. Et t Episcopus non dicitur aliquis ante con-
secrationem. de quo late per Felin. in c. eam te. de rescrip.
Et Archiepiscopi, & Episcopi quomodo debeant conse-
crari, & cum qua forma, vide Panorm. & docto. in c. li Ar-
chiepiscopus. de tempo. ordinationum, & in c. nec Episco-
pi. eod. tit. ubi dicitur, quod de substantia consecrationis
tres Episcopi exiguntur. Et in c. porro. lxvj. distin. ponit-
ur forma consecrationis; ubi beatus Iacobus a Petro, Ia-
cobo, & Ioanne Apostolis est ordinatus, successoribus suis
formam dantibus. Sed electus, & confirmatus non potest
dici Episcopus ante consecrationem, sed appellatur Ele-
ctus: tquali consecratio confirmet nomen, & dignitatem
episcopalem. Aliter procedit in prouiso per Papam, quia
talis prouiso habet vim electionis, & confirmationis;
notat Iuno. in cap. cum olim, de causa possessio. & proprie,
& vido

& vide Panor. in c. eam te. de rescript. & ibi vide Felinum, qui dicit ibi etiam, An dicatur licentiatuſ doctor ante birtutum doctorale. Et de consecratione Episcopi vide in Pontificali ritū sanctæ Romanæ ecclesiæ, fol. 27. Sed ¶ Episcopus, qui renunciavit episcopatu, retinet ea, quæ sunt ordinis, vt per Anton. & Panor. in c. 1. de ordinatis ab Episcopo, qui renunciavit episcopatu. & ibi de eo, qui renunciavit administrationi, sed non dignitati. Itaq; distingue, vtrum Episcopus renūciauerit loco tantum, an loco simul, & dignitati. In primo casu, quando tantum loco renūciauit, potest ordines conferre inuitatus ab Episcopo aliquo. In secundo casu, si simul renūciauit loco, & dignitati, distinguitur, vtrum contulit sacros, aut minores. Si minores, qui recepit, poterit administrare, & ad maiores promoueri. Si verò sciēter ordines sacros quis recepit, executionem officij non habebit: quia eam conferens non habebat. Si verò ignoranter, tunc Episcopus cum talibus poterit dispensare, vt per Panor. in d. c. j. Itaque ¶ duo concurrunt in Episcopo: primo, ius dignitatis episcopalis coherens personæ, quæ habetur per consecrationem: secundo, administrationis ius coherens loco, cui præsidet, quæ habetur per confirmationem, vt in c. transmissam, de electione. Et hæc iura non sunt inseparabiliter connexa, vel indiuidua: vnde vni potest renunciare sine altero, si inchoetur à loco. Et potestas in his, quæ sunt in habitu ordinis, residet in dignitate coherente personæ; quo ad exercitiū, residet in loco, cui præest, & in quo administrationem habet. Et ex hoc concluditur, quod Episcopus, qui renūciauit administrationi, sed nō dignitati, potest illa, quæ sunt ordinis, quo ad habitum, sed non quo ad exercitiū, vt per Panor. & docto. in d. c. j. vbi de hoc. Sed qui renūciat simpliciter, in dubio præsumitur renūciasse loco tantum, non dignitati. & vide Hostien. in summa. §. sed quid si simpliciter, in tit. de ordinat. ab Episcopo, qui re. Episco. & dicit, quod si renūciauit dignitati, intelligitur per hoc renūciasse executioni, & potestati ordines conferendi. Sed ¶ vacante ecclesia collector nō debet recipere fructus de honestate, sed bene potest, si vult: quia redditus viduatur eccle

ecclesiæ integri debent referuari, vt in c. cum vos, de offi-
cio ordinarii. & in Chalcedonenſi Concilio fuit ſtatutum,
vt nullus rapiat bona defunctorum Episcoporum: ſed o-
mnia per Oeconomos ad opus ecclesiæ, & ſucceſſoris re-
ſeruent, Et Inno. II. confirmauit illud, & ſtatuit, quod ſi
quis contra hoc fecerit, excommunicetur, vt in c. illud.
xij. q. ij. vbi litera dicit: Illud, quod in ſacro Chalcedo-
nenſi Concilio inſtitutum eſt, irrefragabiliter obſeruari
præcipimus, vt videlicet decedentium bona Episcoporum à
nullo omnino hominum diripiantur, ſed ad opus eccle-
ſiæ, & ſucceſſoris ſui in libera Oeconomi, & clericorum
permaneant poteſtate: ſi quis autem amodo hoc attentare
præſumpſerit, excommunicationi ſubiaceat. Qui verò
morientium Episcoporum, presbyterorum, vel clericorū
bona rapuerint, ſimili ſententiæ ſubiaceant. Et hoc non
ſolum de hiſ, verum etiam de Metropolitanis, & de qui-
buslibet alijs clericis intelligendum eſt, ſicut in ſexta ſyno-
do legitur. Facit etiam tex. ibi in c. non liceat. Itaque di-
co, quod ſi Episcopus moreretur, & relinqueret ſubſtan-
tiam acquiſitam intuitu eccleſiæ, eccleſia eſt eius hæres.
Sed ipſi tenetur erogare pauperibus, & ea facere, quæ E-
piscopus facere debebat, & poterit ſibi aliquid retinere, ſi
haberet neceſſitatem pro fabrica; nam pro eadem Episco-
pus obligatus erat. De hoc vide tex. & docto. in c. quorun-
dam, de teſtam. & in c. j. de ſucceſſib. in teſt. vbi omnes con-
cludunt, quod Episcopi de rebus eccleſiæ; ſeu intuitu ec-
cleſiæ acquiſitis non poſſunt teſtari. vide etiam text. in c.
cū in officijs, de teſtamen. vbi docto. tractant materiam,
an conſuetudo, quod clericus poſſit teſtari de bonis mo-
bilibus eccleſiæ, valeat. & ſpecialiter notatur in d. c. quo-
rundam, quod ꝑ acquiſita per prælatum de facultatibus ꝑ
eccleſiæ ſunt ipſius eccleſiæ: quod procederet, tam ſi e-
meret nomine proprio, quàm ſi fraudulenter nomine alie-
no. cap. fixum abhinc. xij. q. v. & c. inquirendum. de pecu-
cleri. Et ideo dicunt aliqui, quod Papa non poteſt de ho-
neſtate (vt dixi) capere bona, quæ remanēt poſt mortem
alicuius Episcopi, vt hæres defuncti. Nam ſi diſpenſator
fuit negligens, aut auarus in retinendo, aut in diſpenſan-
do

do pauperibus, non ideo pauperes amittunt ius. Sed **Pa**
 pa, vt generalis dispensator, benè potest, prout sibi melius
 videbitur, prouidere. Et **f** Episcopus malè tractans gre-
 gem suum debet expelli. cap. nisi cum pridem, de renun.
 Idem si malè versatur inquilinus in domo conductà, de-
 bet expelli. Idem dicas in vasallo, vt expellatur de feudo.
 multis enim de causis expelli potest, vt per totum tit. quæ
 fuit prima causa benefi. amitt. in vñ. feud. Idem in emphi-
 teota malè tractante rem, vt in authen. qui ref. C. de sacro
 sanct. eccles. Idem in domino malè tractante seruum. l. ij.
 ff. de his, qui sunt sui, vel alie. iur. Item in potestate **f** malè
 tractante populum, & in viro malè tractante vxorem, vt in
 c. literas. de resitu. spolia. Idem in procuratore male tra-
 ctate facta domini, & est casus singularis in l. iij. C. de pro-
 cu. Idem de tutore, vt in l. fin. C. de admi. tuto. **f** Sed qua-
 liter intelligatur istud malè versari, dic non parū, sed mul-
 tum. Sed hoc multum, vel modicum quātum sit, commit-
 titur arbitrio iudicis secundum qualitatem, & quantita-
 tem rerum, & personarum. Item Barba. in c. propter steri-
 litatem, de locatio. Sed non sic in colono; quia dicitur me-
 dicum damnum in tali casu, quando non contingit læsio
 in dimidia parte pensionis. ita Bartol. in l. si merces. §. vi
 maior. ff. loca. & in l. si vno. §. pe. eo. tit. & in l. licet. C. loca.
 & ibi Bald. & Salicetus, & Petrus, & Cynus, & Imola. &
 Anto. in c. propter sterilitatem. & vide Ripam in tractatu
 de peste in secunda parte, colum. iij. Et vide in ista materia
 aart. & Paul. in l. cotem ferro. §. fin. de publica. Et Episco-
 pus debet aduertere in prouisione beneficiorū, quia quan-
 diu inuenitur idoneus in suo Episcopatu, non prouidebit
 extraneum; ita diuus Augustinus in sermone ad populū.
 Et videbis de hoc doct. & tex. & glo. in c. hortamur. lxxj.
 dist. & omnino vide. sed Episcopi, qui hoc non faciunt,
 Deo de eo reddent rationem.

DE VISITATIONE EPISCOPI.

Cap. XI.

SUM